Ultra proximos officiy praefati Castrens Capitan Premysliens Terminos oblationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, quasi omnibus suspensionibus, fatalys Iuris praescriptione Terrestri bello conventionez ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo, Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Ielcowi Roborat.

Coram Generoso Adamo Ioanne Gorski Camerario Terrestri Premysliens in locum infrascripti Generosi Ioannis à Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliens Vicecapitanei loci praesentis subdelegato munusque hoc subdelegationis in se et bona

971 sua generaliter omnia libere et benevole coassumente officio Actisque praesentibus Castrens Capitan Premysliens personaliter comparens idem suprascriptus Generosus Ioannes à Staw Stawski Pocillator Terrae Leopoliens et Vicecapitaneus loci praesens sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriys et competentibus recedendo praesenti vero Castrens Capitan Premysliens Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniarys quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus scriptum certum manuale per se Recognoscentem in rem et manus Generosi Ioannis Venceslai Ielec Pincernae Kiioviae ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto manuali contentarum de actu et data illiq hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectum conscriptum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum, in omnibus et singulis

eiusdem scripti manualis conditionibus punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus in universum omnibus eidem Gnoso Joanni Venceslao Selec Pincernae Kiionid et ipsius posteris firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq et singulis scripti eiusdem manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere scriptum praefatum manuale ad inscriptionem praesentem roboratoriam et inscriptionem praesentem roboratoriam ad scriptum praedictum manuale vicissim in toto referendo Sed sub vadio summae mille centum florenorum polon per eundem Recognoscentem aut eius successores supramemorato Joanni Venceslao Selec Pincernae Kiionid aut eius posteris ob non completionem contentorum scripti praefati manualis omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro reali qua principali ex contentis scripti praefati manualis non completa complenda, citatus existens memoratus Recognoscens aut eius posteri ad instantiam praenominati Gnosi Joannis Venceslai Selec Pincernae Kiionid vel eius successorum ad officium praesens castrens Capitaneale Premysliens extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere vadium praefatum luere, inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebit seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra servitio militari ad munimenta ad Evictorem, vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officij

praefati Castren. Capitan. Premyslien. Terminos oblationem sibi non recipiendo, nullasque motiones Appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalys Juris praescriptione Terri bello conventioneque ac alys omnibus Juris remedys et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Rogaski Zdrowieckie Quietat.

971 Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Premyslien. Generosus Andreas de Rogaszyce Rogaski sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Capitan. Premyslien. Jurisdictioni quoad Actum hunc attinet se cum Successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie Incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Generosum Laurentium Victorinum de Paszki Zdrowiecki et eius Successores de contractu seu scripto certo manuali per eundem Generosum Zdrowiecki in rem et manus sui Recognoscentis ratione certarum rerum et conditionum in eodem Contractu seu scripto memorato contentarum de actu et data illius Leopoli Feria Quarta post Dominicam Judica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo proxime praeterito confecto conscripto manu eiusdem suprafati Generosi Zdrowiecki propria subscripto Actisque Castren. Leopolien. sub Vadio summae Quingentorum florenorum polon. firmato et roborato eiusque Inscriptione roboratoria Castren. Leopolien. ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti praestitam satisfactionem quietat emittit dimittit